

Ōchus, i. subs. m. ETYM Ὠχος. [FREQ humilis 35^{indicia} 2,1^{/d.c.m.} a^{x28} b^{x6} c^{x1} 32 VAL MAX] uocabulum scriptis litterariis praecipue exponentibus (historiae) aptum, saepissime prosa; usibus praecipue mediis, quandoque doctis; et technicis, ad historiam naturalem pertinentibus, multo minus inuenitur; inde ab saec. II ec. apparet.

VARIATIO		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
OPERUM	argumentalis	2	0,32
	exponens	2	0,67
	narratiua	31	5,7
DIACHRONICA	I-II ec.	15	3,8
	III-V ec.	20	2,3
DIAPHASICA	docta	2	0,96
	media	33	2,5
DIASTRATICA	litteraria	33	2,6
	technica	2	0,72
MODUS	prosa	34	2,5
	uersu	1	0,51

¶ **a1** certorum Persarum regum nomen siue cognomen • fue el nombre o sobrenombre de varios reyes persas, Oco [HYPER NOMEN rex HOL Persia]

inter quos Darius I, item II, exstabant • entre ellos, Darío I y II 32 VAL MAX 9.2.ext.6. Ochus ... qui postea Darius appellatus est ... crudeliorem mortis rationem excogitauit: saeptum enim altis parietibus locum cinere conpleuit, superpositoque tigno prominente benigne cibo et potione exceptos in eo conlocauit, e quo somno sopiti decidebant in illam congeriem. 300-400 PARIS 2.4.ext.6. Idem.

a2 praecipue is qui sub Artaxerxis nomine regnauit ab anno 358 usque ad 338 aec. • especialmente el que reinó como Artajerjes III entre 358 y 338 aec. 32 VAL MAX 9.2.ext.7. Aperitior et taetrior alterius Ochi cognomine Artaxerxis crudelitas, qui Atossam sororem atque eandem socrum uiuam capite defodit et patruum cum centum amplius filiis ac nepotibus uacua area destitutum iaculis confixit. 404 SULP SEV Chron 2.16.7. Ochus XX et III annos regnauit. fuit autem ultra omnes cruentus et plus quam barbaro animo.

cui nomen et Cyro fuit • también llamado Ciro 197 TERT Adu Iud 8.9. rex Ochus qui et Cyrus regnauit annis XX et IIII. 407 HIER In Dan 9.61. Idem.

de eius diris factis LXXXI propinquorum caedes narrabatur • entre sus crueldades se contaba la matanza de 81 familiares 50 CURT 10.5.23. subibat inter haec animum LXXX fratres suos eodem die ab Ocho, saeuissimo regum, trucidatos adiectumque stragi tot filiorum patrem. 300-400 PARIS 9.2.ext.7. Ochus Artaxerxes sororem atque eandem socrum suam uiuam capite defodit, patruum cum centum filiis ac nepotibus 350 IUST 10.3.1. Hereditas regni Ocho tradita, qui timens parem coniurationem regiam cognatorum caede et strage principum replet.

bellicosissimus fuit • fue relevante su belicismo 404 SULP SEV Chron 2.14.4. Cambyses non ultra VIII annos rerum potitus est. unde, si in historia opinari licet, sub Ocho rege, qui post Artaxersen secundum fuit, haec gesta crediderim; idque uel ex hoc conicio, quod idem Ochus, ut in saecularibus legi, natura immitis cupidusque bellorum traditur.

quare Aegyptum tenuit • que lo llevó a la conquista de Egipto 350 IUST 10.prol. Ochus Aegyptio bellum ter intulit. 417-418 OROS Hist 3.7.6. Ochus, qui et Artaxerxes, post transactum in Aegyptio maximum diuturnumque bellum plurimos Iudaeorum in transmigrationem egit atque in Hyrcania ad Caspium mare habitare praecepit.

et Nabuchodonosori comparatus est • e incluso lo hizo indentificar con Nabucodonosor 404 SULP SEV Chron 2.14.6. non immerito in argumentum nostrae opinionis adduxerim, ut rex ille, Nabuchodonosor nuncupatus, Ochus fuerit.

b Bactriae fluiui in Oxum influens • el río bactriano Oco, afluente del Oxo [HYPER influens HOL FLUUIUS Oxus²] 50 CURT 7.10.15. Superatis deinde amnibus Ocho et Oxo, ad urbem Margianam peruenit. 79 PLIN Nat 6.49. gens haec optinet auersa montis Paropanisi exaduersus fontes Indi; includitur flumine Ocho. 79 PLIN Nat 31.75. apud Bactros amnes Ochus et Oxus. 300-400 EPIT Alex 13. Deinde post diem undecimum ad flumen Ochum peruenit. 350 SOL 50.2. quae aduersa, Indi fontibus terminantur: reliqua includit Ochus flumen. 390 AMM 26.6.57. Artamis et Zariaspes ante sibi consociati itidemque Ochus et Dargomanes iuncti conuenis aquis augent inmania Oxi fluenta.

c Argonautis inimicorum unus • Oco, uno de los enemigos de los argonautas [HYPER NOMEN uir mythologicus] 80 VAL FL 3.149. grauis inuenit Ochum Phlias.